Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



in manu eius dirigere. Propter quod tra
didit in morte animam suam. et cum
sceleratis reputatus est. Et ipse pec
cata multorum tulit. et pro transgresso
ribus rogauit ut non pereant. Dicit
dns omipc. TR. Domine ne
claudi oratio meam et cla
mor meus ad te ueniat. Ne
auertas faciem tuam a me. in quacumque
die tribulor in eu na aurem
tuam. in quacumque die inuoca
uero te uelo citer ex
audi me. Quia defecerunt sicut fumus dies
mei. et ossa
mea sicut uitrum confri
xa sunt. Percussus
sum sicut fenum. et anu
tum cor meum quia obliuiscor
sum manducare panem meum
Tu exurgens domine miserere
beris sion quia ue
nit tempus miserendi
uis. Passio dni nri. ihu xpi secundum lucam.
Illo tempore Appropinquabat dies festus azimorum qui dicitur
pascha. et quaerebant principes sa
cerdotum et scribae quomodo eum in
terficerent. timebant uero plebem
Intrauit autem sathanas in iuda
qui cognominabatur scariothis u
num de duodecim. et abiit et
locutus est cum principibus sacer
dotum et magistratibus quemadmo
dum illum traderet eis. Et gauisi
sunt. et pacti sunt pecuniam illi
dare. Et spopondit. Et quaerebat
opportunitatem ut traderet illum
sine turbis. Venit autem dies azy
morum in qua necesse erat occidi
pascha. Et misit petrum et iohan
dicens. Euntes parate nobis pas
cha. ut manducemus. At illi dixe
runt. Vbi uis paremus. Et dixit
ad eos. Ecce introeuntibus uobis
in ciuitatem occurret uobis homo
amphoram aquae portans. Sequi
mini eum in domum in quam in
trat. et dicetis patrifamilias do
mus. Dicit tibi magister. Vbi est di
uersorium ubi pascha cum disci
pulis meis manducem. Et ipse
uobis ostendet cenaculum magnum
stratum. et ibi parate. Euntes au
tem inuenerunt sicut dixerat illis. et
parauerunt pascha. Et cum facta
esset hora discubuit. et duodecim
apli cum eo. Et ait illis. Desidero
desiderauit hoc pascha manduca
re uobiscum antequam patiar. Di
co enim uobis. quia ex hoc non man
ducabo illud donec impleatur in re
no dei. Et accepto calice. gratias egit
et dixit. Accipite et diuidite inter
uos. Dico enim uobis. quod non bi
bam de generatione uitis donec
regnum dei ueniat. Et accepto